



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Eucharistia quid sit, & cur instituta à Christo. tit. 117

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

TITVLVS CXVII. 301

¶, non consecrant sacramentum : sed quoniam in  
Missa est memoria passionis Christi, scilicet, quomo-  
do tractatus est, id est, ligatus in horto, id significat  
stola, manipulus, vestis alba Herodis Præterea Pilati  
casula, &c. ob maiorem deuotionem & reuerentiam  
emittandam, hec fiunt. Derisit olim Michol Dauid,  
2 Reg 6. Ideo mansit sterilis &c. Non ergo superua-  
canea sunt.

EUCHARISTIA QUID SIT,  
¶ cur instituta à Christo.

TITVLVS CXVII.

VCharistiae sacramentum est verum &  
vium & non amplius mortale corpus  
& sanguis Christi, adunitum cum diui-  
nitate, sub specie panis & vini.

Primo, immortale corpus, Roman. 6. Amplius non  
moritur. Ideo Apostolis dedit Christus mortale cor-  
pus in cena antequam fuit mortuus. At nos iam ta-  
le corpus Christi accipimus, quale post resurrectione  
habet glorificatum, & ad dextram patris sedens.

Secundo, verum corpus : non enim est hic figura  
rel signum corporis & sanguinis Christi, sed inquit  
March 26. Hoc est corpus meum, &c. Non dicit, est si-  
gnum vel dimidiū panis, & dimidium corporis, sed,  
Hoc est corpus meum &c.

Tertio, viuum corpus, sicut iam Christus corpo-  
re & sanguine verè viuit ad dextram patris, Marc. xl.  
Ideo sicut sanguis iam à corpore in cœlo non  
potest separari, sic est in sacramento. Ideo sanguis  
cum corpore coniunctim & simul accipitur à com-  
municante : ideo dicitur corpus. Nam sanguis dum  
est separatus à corpore, corpus non dicitur corpus,  
sed cadaver. At vocat Paulus 1. Corinth. ii. corpus  
Domini, &cæt,

Vu . Quartò,

Quartò, Cùm diuinitate vnitum. Vbi est Christi corpus, ibi est etiam diuinitas, & sunt inseparabiles hæ dux naturæ in Christo. Est Christus vna persona, quæ utræque naturam habet, diuinam & humnam, sicut unus truncus habet duos ramos profentes duplœ fructum, poma & pira, & utrumque deinceps potest. Hæc arbor est pomus, &c. Hæc arbor est pirus, est tamen unus truncus. Sic Christus Deus & homo, & tamen vna persona: & licet quælibet natura habet suam proprietatem, attamen hic est communis ideo quod de una natura dicitur, & de altera dicitur propter communionem: Sic homo patitur, sic Deus patitur. Qui ergo soluit Christum, soluit diuinitatem ab humanitate, hic ex Deo non est, i. Ioan. q[uod]to. Ergo in sacramento diuinitas est vna cum humanitate, ob id etiam adoramus sacramentum.

Quintò, hoc sacramentum continetur sub speciebus panis & vini: solum species videntur: substantia autem panis & vini non manet, sed mutatur in verum corpus & sanguinem Christi, sicut aqua indecnijs virtute Christi fuit omnino mutata substantia liter in vinum. Non simul aqua & vinum mutat. Ioann. 20. Ideo panem non adoramus, quia ibimus non manere negamus: nec corpus solum adoramus sed diuinitatem adiunctam & inseparabilem, Ioann. 20. inquit Thomas: Dominus meus, & Deus meus. Has conditiones credit Ecclesia Catholica venerabili sacramento. Ergo qui in aliqua istarum dubitat, hic peccat & errat, &cæt. Hoc autem noui Bergaristæ non credunt, id est, transubstantiationem, deitatem & concomitantiam &cæt, ideo peccant, for non dicit C R R I S T V S post consecrationem, Hic panis est corpus meum: sed simpliciter, Hoc est corpus meum, Matt. 26.